

**5759** M. Volcio M. f. | Sabino, tr. mil., | quod aquam Iuliam | pecunia sua adduxit, | Rufrani vicani.

*Presezani (Rufri, cf. supra N. 80) in Campania (X 4835 vidit Mommsen).*

**5759<sup>a</sup>** imp. Caes. divi Severi | nepos divi Magni Antonini fil. | M. Aurel. Severus !!!!!!!<sup>1</sup> | Pius Felix Aug., pontif. max., | trib. pot., p. p., cos., aquam | usibus mil. coh. V Gallo. in|duxit, curante Mario Valeriano<sup>2</sup> | leg. eius pr. pr.

*South Shields (Haverfield Archaeological journal 1893 p. 294 cum tab.). —*

1) *Erasum nomen Alexandri. — 2) Idem supra N. 2619.*

**5760** res publica | populusq. Corfini|ensis formam aquae | ductus<sup>1</sup> vetustate | corruptam d. d. refecit.

*Castelvecchio, ubi fuit Superaequum Paelignorum (IX 5308 vidit Dressel). —*

1) *Apparet aquaeductum Corfiniensem per agrum vicinum Superaequanum transisse.*

**5761** in honorem domus | Augustae | Dusia M. f. Numisilla, | nomine suo et L. Trebi Secundi | viri sui, aquam, quae a C. Asinio | Gallo<sup>1</sup> perducta interciderat, | repetitam a capite, adiecta structura | specus et puteorum novis brachis | ampliata, s. p. reduxit.

*Teate Marrucinorum (IX 3018 vidit Dressel). — 1) Cf. supra N. 5050 not. 75.*

**5762** L. Vennius Sabi[n]us cum | Efficace fil. fontem et | conceptum aquae suis | terminis usq. ad kaput | formae publicae | Tifernatibus Tiberinis | d. d.

*Prope Tifernum Tiberinum (Città di Castello) rep. (XI 5942 vidit Bormann).*

**5763** . . . . [aquam per] . . . | agros quaesitam ab o[r]i[g]i[n]e | sua perductam dedicavit et | lacus et fistulas et arculam | aeneam sua omni fecit impens.

*Castulone rep., est Granatae (II 5280 vidit Huebner).*

**5764** Annia L. f. Victorina [ob] | memoriam M. Fulvi Mo|derati mariti et M. Fulvi | Victorini f. aquam sua om|ni impensa perduxit, fac|tis pontibus et fistulis et | lacuis<sup>1</sup> cum suis orna|mentis dato epulo | dedicavit.

*Santisteban del Puerto (prope Castulonem), cui loco nomen videtur fuisse Ilugo (II 5240 cf. Boletín de la R. Academia de la historia 38, 1904 p. 467 Fita vidit ectypum). — 1) Sic (LACVIS) Fita.*

**5765** T. Flavius Iustinus Ilvir, q. a.<sup>1</sup>, super  $\text{HS XXXV}$  | quae ob hon. quinquennal. praesentia pollicit. | rei p. intulit, lacum a fundamentis pecunia sua fecit, | sumptu suo aquam induxit.

*Turri (Porto Torres) in Sardinia rep., est Sassari (X 7954 vidit Mommsen). —*

1) *Quaestor alimentorum (Momms.).*

**5766** Lucretia M. f. | Sabina | ad aquam perducend. | dominae<sup>1</sup> fistulas | s. p. f.

*Trae in Piceno (IX 5652 vidit Mommsen paene integram). — 1) Ad aedem Isidis aliusve deae (Momms.).*